ὁποτέρων οὖν τὸ τίμημα ὑπερτείνει, συναριθμουμένων ἀμφοτέρων ἑκατέροις, τοῦτο κύριον. ἐὰν δὲ ἴσοι συμπέσωσι, κοινὴν εἶναι ταύτην νομιστέον ἀπορίαν ὥσπερ νῦν, ἐὰν δίχα ἡ ἐκκλησία γένηται, ἢ τὸ δικαστήριον· ἢ γὰρ ἀποκληρωτέον, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ποιητέον. ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ ἴσου καὶ τοῦ δικαίου, κἂν ᾖ πάνυ χαλεπὸν εὑρεῖν τὴν ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν, ὅμως ῥᾷον τυχεῖν, ἢ συμπεῖσαι τοὺς δυναμένους πλεονεκτεῖν. ἀεὶ γὰρ ζητοῦσι τὸ ἴσον καὶ τὸ δίκαιον οἱ ἥττους· οἱ δὲ κρατοῦντες, οὐδὲν φροντίζουσι.

Κεφάλαιον δ.

Δημοκρατιῶν δ' οὐσῶν τεττάρων, βελτίστη μὲν ἡ πρώτη τάξις, καθάπερ ἐν τοῖς περὶ τούτων ἐλέχθη λόγοις. ἔστι δὲ καὶ ἀρχαιοτάτη πασῶν αὕτη. λέγω δὲ πρώτην, ὥσπερ ἄν τις διέλοι τοὺς δήμους. βέλτιστος γὰρ δῆμος, ὁ γεωργικός ἐστιν. ὥστε καὶ ποιεῖν ἐνδέχεται δημοκρατίαν, ὅπου ζῇ τὸ πλῆθος ἀπὸ γεωργίας, ἢ νομῆς. διὰ μὲν γὰρ τὸ μὴ πολλὴν οὐσίαν ἔχειν, ἄσχολος· ὥστε μὴ πολλάκις ἐκκλησιάζειν. διὰ δὲ τὸ μὴ ἔχειν τἀναγκαῖα, πρὸς τοῖς ἔργοις διατρίβουσι, καὶ τῶν ἀλλοτρίων οὐκ ἐπιθυμοῦσιν· ἀλλ' ἥδιον τὸ ἐργάζεσθαι τοῦ πολιτεύεσθαι καὶ ἄρχειν, ὅπου ἂν μὴ ᾖ λήμματα μεγάλα ἀπὸ τῶν ἀρχῶν. οἱ γὰρ πολλοὶ μᾶλλον ὀρέγονται τοῦ κέρδους, ἢ τῆς τιμῆς. σημεῖον δέ· καὶ γὰρ καὶ τὰς ἀρχαίας τυραννίδας ὑπέμενον, καὶ τὰς ὀλιγαρχίας ὑπομένουσιν, ἐάν τις αὐτοὺς ἐργάζεσθαι μὴ κωλύῃ, μηδ' ἀφαιρῆται μηδέν. ταχέως γὰρ, οἱ μὲν πλουτοῦσιν αὐτῶν, οἱ δ' οὐκ ἀποροῦσιν. ἔτι δὲ τὸ κυρίους εἶναι τοῦ ἑλέσθαι καὶ εὐθύνειν, ἀναπληροῖ τὴν ἔνδειαν, εἴ τι φιλοτιμίας ἔχουσιν· ἐπεὶ παρ' ἐνίοις δήμοις, κἂν μὴ μετέχωσι τῆς αἱρέσεως τῶν ἀρχῶν, ἀλλά τινες αἱρετοὶ κατὰ μέρος ἐκ πάντων, ὥσπερ ἐν Μαντινείᾳ· τοῦ δὲ βουλεύεσθαι κύριοι ὦσιν, ἱκανῶς ἔχει τοῖς πολλοῖς. καὶ δεῖ νομίζειν καὶ τοῦτ' εἶναι σχῆμά τι δημοκρατίας, ὥσπερ ἐν Μαντινείᾳ ποτ' ἦν. διὸ δὴ καὶ συμφέρον ἐστὶ τῇ πρότερον ῥηθείσῃ δημοκρατίᾳ, καὶ ὑπάρχειν εἴωθεν, αἱρεῖσθαι μὲν τὰς ἀρχὰς καὶ εὐθύνειν καὶ δικάζειν πάντας· ἄρχειν δὲ τὰς μεγίστας αἱρετοὺς, καὶ ἀπὸ τιμημάτων· τὰς μείζους ἀπὸ μειζόνων· ἢ καὶ ἀπὸ τιμημάτων μὲν μηδεμίαν, ἀλλὰ τοὺς δυναμένους.

A quorumcunque cenſus exuperat, connumeratis ambabus, vtriſque id ratum ſit. Quòd ſi forſan æquales eſſe contigerit, communem eſſe hanc ambiguitatem putandum eſt: vt nunc accidit, ſi vtrinque paria ſuffragia concionis ſint, aut pares in iudicio ſententię. nam aut ſorte dirimendum eſt, aut aliud quiddam huiuſmodi agendum. Sed de æquo & iuſto, quanquam ſit admodum difficile in illis reperiri veritatem, B tamen facilius eſt ſortiri, quàm perſuadere iis qui plus habere poſſunt. Semper enim qui imbecilliores ſunt, æquum & iuſtum quęrunt: ſed qui plus poſſunt, iſta non curant.

CAPVT IIII.

CVm verò quatuor ſint gubernationes populares optima eſt illa, quam primo gradu poſuimus, vt ſuperioribus libris dictum eſt. eadem quoque antiquiſſima omnium. C Dico autem primā ſecundum diſtinctionem populorum. nam optimus populus eſt ille, qui ex agricolis conſtat. itaque & popularis ſtatus effici datur, vbi multitudo ab agricultura viuit, vel paſcuo: negocioſa quidem, quia nōdum multum habet. Ex quo fit, vt raro concionem agitet. cùm enim laborandum ſit illis circa neceſſaria ad victum, operibus diſtinentur ſuis, & aliena non appetunt: dulciúſque illis eſt opus facere quàm in repu- D blica verſari, niſi magna in gubernando ſint emolumēta ſuſcepturi. plerique enim magis lucrum appetunt, quàm honorem. Signū huius eſt, quod tyrannides antiquiquitus pertulerunt, & nunc paucorum potentiam perferunt, modò ſuam rem agere illis permittatur, neque eripiantur quæ habent. citò nanque alij eorum diuites efficiuntur, alij egere deſiſtunt. Pręterea, quę cupido honorum eis ineſt, facilè adimple- E tur per poteſtatem, quam in concionibus habent creandi magiſtratus, & corrigendi delicta. Nam in quibuſdam ciuitatibus, etſi non eligit populus magiſtratus, ſed quidam per partes deputati ex omnibus, vt apud Mantineam, tamen ſatis eſſe putant, quod conſulendi, deliberandíque habent poteſtatem. Ac putādum eſt hanc eſſe tanquam formam aliquam popularis guber- F nationis, vt fuit quandoque apud Mantineam. Quapropter vtile eſt prius dictæ populari gubernationi, & ita conſuetudo fuit, eligere quidem magiſtratus, & corrigere, & iudicare omnes. Magiſtratus autem maximos gerit per eos qui electi ſint, & à cenſibus maioribus maiores, vel à cenſibus nullum, ſed per eos qui poſſunt.